

frequent instruere/et ad rectas ascensiones et veras  
vias admonere. **U**e illi q̄ sibi p̄didit et sol<sup>o</sup> sine docto-  
re icedit. **N**ā leuiter incidit in venatorū laq̄os/et cuz  
inciderit nō habet subleuantē. **I**git̄ ad nr̄am humili-  
atiōz vult vt doctores seq̄mur. **S**ic enī totū pplm  
israeliticū p̄ **M**oyse ductorē/ iduxit ad terrā pro-  
missionis: cui<sup>9</sup> cōsillo popul<sup>9</sup> oīa faciebat: cui<sup>9</sup> mo-  
nitiōi acq̄escebat. **S**ic **L**oth de sodomis nō p̄ seip̄z:  
s̄ p̄ ductorē. s̄. angelicū cogit̄ exire: et ascensū mont̄  
ascendere. **S**ic x̄ps **C**orneliū p̄ se non instruxit: s̄ ad  
**P**etrū istruēdū destinauit. **S**ic **P**auluz direxit ad  
**A**naniā. **E**t hoc ē qd̄ ait ille deuotus eunuch<sup>9</sup> legēs  
in curru **E**saiam. **Q**uō ait postū intelligere: nisi ali-  
quis me docuerit: et innumera talia reperis in scrip-  
turis. **I**git̄ cū ascensiones ī corde disponis celū ascē-  
surus/ductorē tibi elige hoīez sp̄ūalē: cui<sup>9</sup> eruditioē  
cui<sup>9</sup> monitiōē et examinatioē oīa tua exercitia p̄fice-  
re studeas et adimplere. **H**ec ē doctrina tutissima ⁊  
sanctorū patrū sententia antiquitus approbata.

**Q**z pugnās contra octo vitia capita-  
lia: qd̄am mō pugnat̄ contra oēs inordina-  
tas affectiones. **C**a. liij.

**S**ic si arma arripuisti/ si ductorē q̄ te p̄cedat  
p̄suledo ⁊ dirigēdo iuenisti: t̄ps ē vt p̄liū ag-  
grediar̄. **I**taqz pugnādū tibi ē p̄tra oēs iordinatas  
affectiōes q̄ maxie surgūt ex viriū aīe destitutiōē p̄-  
p̄nū tuū descēsū a iusticia origīali. **Q**uāuis aut̄  
vitiose affectiones anīme sunt plurime ab ascensu  
te retrahentes: verum vna est regīna et septem  
duces: vnde omnes alie vitiose passiones oriuntur.

quibus deuictis et in locis earum contrarijs virtutibus  
introducitis/ oia inordinata desideria quiescunt: et per  
certamen contra illa octo quodammodo vires restituunt/ duz  
earum nomine motiones freno rationis moderantur. Sunt autem  
hec octo vitia que interdum dicuntur principalia quasi princi-  
pes aliorum vitiorum: interdum capitalia eo quod de ratione eo-  
rum sit ut alia vitia ex ipsis oriuntur. Illa vero vitia de quibus  
ratione erant ex ipsis procedant: filie eorum dicuntur. Interdum  
vero dicuntur mortalia in quantum morte culpe occidunt et a  
vita gratie separant/ et a deo que est vera vita. Non tamen hec  
octo spiritus sunt mortalia/ nec etiam ex genere suo. Sunt au-  
tem hec octo superbia/ vanagloria/ accidia/ inuidia/ ira/  
philargyria/ luxuria/ gula.

**De modo pugnandi contra vitia et quod homo  
non debet contra oia simul: sed contra vnum  
principale decertare. Ca. liij.**

**N**on autem debes contra oia ista simul pugnare  
sicut nec potes premissas ascensiones simul as-  
cendere. Non in vno anno ait dominus: eieciam eos  
a facie tua: sed paulatim ne terra redigatur in solitudinem.  
Itaque iuxta traditiones sanctorum patrum hunc ordinem ser-  
uabis certamen contra hec vitia ingressurus. Primo  
ut ante oia teipsum diligenter discutiens secundum formam  
examinandi prius traditam inquiras quales vitia in te late-  
ant vel pateant: deinde que sint in te vitia magis for-  
tia/ et magis te infestantia. Deinde que remedia sint con-  
tra singula vitia efficaciora. Quo facto contra vnus  
vitiu[m] prelium arripies quod est tibi pre ceteris magis infestum.  
Itaque contra illud vnum principale certamen arripe/ expur-  
gationi illius totis viribus insiste/ omnem laborem et sol-